

Comitiorum autem triplex ratio est: haec curiata 2
haec tributa haec centuriata dicuntur, quia aut per
curias aut per tribus <aut per centurias> explicantur.

Si translaticium sit et solitum de quo populus *** 3
curiatis transigitur; si amplius tributis; si in summo 5
discrimine est tum miles ad suffragia vocatur et co-
mitia centuriata dicuntur.

49. <De populi Romani distributionibus>

Antiquissima populi Romani distributio triplex 1
est quam Romulus fecit: in regem in senatum in po- 10
pulum; qui populus in tres tribus dividebatur: Ti-
tensem Lucerem Ramnetem.

Secunda populi Romani distributio sub Servio 2
Tullio rege qui eum in tribus classes centurias divisit
[et] variatione census ut optimus et locupletissimus 15
quisque in suffragiis [id est in populo Romano] plu-
rimum valeret.

Tertia divisio est in patronos et clientelas, qui <a> 3
inferiores superiorum se fidei committebant.